Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Del' Venerabile Servo Di Dio Hippolito Galantini Fiorentino

Baldocci Nigetti, Dionisio

Roma, 1657

Protestatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13209

Visual Library

PROTESTATIO.

CVm ſanctiſſimus D. N. Vrbanus PP. VIII. die 13. Martii 1625. In Congregatione S. R. & vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, Idemque confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta miracula, vel reuelationes, ſeù quæcumque beneficia tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo voluerit cenſeri approbata: Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. Ità explicauerit, vt nimirum non admittantur elogia ſancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, bene tamen ea, quæ cadunt ſuper mores, & opinionem cum proteſtatione. In principio quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantum penes Authorem. Huic decreto eiuſque confirmationi, & declarationi obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt inſiſtendo profiteor haud alio ſenſu quicquid in hoc libro refertur accipere, aut accipi ab vllo velle quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat authoritate non autem Diuina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis quos eadem S. Sedes, Sanctorum Beatorum, aut Martyrum Cathalogo adſcripſit.

AL

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN